Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



infacie habet, inflictum ex hac causa: sed non impune. Aliquis aleator totam pecuniam lusu chartarum amiserat, et omnes cœlites blasphemiis et contumeliis incessebat. Monuerant cives, ut linguam cohiberet, sanctis honorem debitum impenderet: veruntamen ille furiis invectus, inque ecclesiam ingressus pugione districto imaginem innocuam Virginis sanctissimæ homo audacissimus in faciem percussit, vulnusque inflixit. Mirandum accidit: ex vulnere sanguis fluxit, homines ad vltionem sacrilegii movit; homo vero perditus fuga se subduxit, Florentiam venit, et paulo post in manus satellitum incidit, capitalique supplicio luit. Interim enim aliquis in platea occisus jacuerat, dum hic latrocinii insons præteriret. Visus, comprehensus, in vincula coniectus, in equulio tortus, innocentem se homicidii, nocentem vero sacrilegii, quod narravit, confessus, dignas flagitio pœnas dedit. Eadem paulo brevius narrat Brunner Annal. Boic. l. 14: eadem Chronistæ Stamsenses Gajus et Lebersorgus, quos vide infra Add. 31: eadem Pompejus Sarnellus in sua Guida de' Forastieri impressa Neapoli anno 1658; e qua adverte sequentia. N. Et quidem f. 301, tit. Di S. Maria del Carmine. N. 1. Vicino alla porta del gran Mercato si vede la divotissima e celebre chiesa del Carmine, prima picciola chiesina, edificata da Frati Carmelitani la prima volta che vennero in Napoli; mà dapoi essendo quì venuta la dolente Imperatrice Margherita (corrige Elisabeta) madre di Corradino a Napoli con molta quantità di gioie e danari per ricuperare dalle mani de Rè Carlo I il suo unico figliuolo, e ritrouatolo morto e sepellito, il fè leuare da quella picciola capella della Croce, doue egli era tumulato e fattogli quelle essequie, che gli si conuenivano, il fè collocare presso l'altar maggiore, e diede à detta chiesa per l'anima di lui tutto (partem solummodo thesauri Neapoli fuisse expensam, admittunt Chronistæ Stamsenses) quel tesoro che seco haueua portato; onde ella fù ampliata e ridotta à quella magnificenza, alla quale di mano in mano è peruenuta. L'iniqua succentura di Corradino fù espressa nel seguente epigramma dal P. Guicciardini:

Infelix iuuenis, quænam tibi fata superstant
Dum patrium regnum subdere Marte paras.
Te fugat hinc Gallus, fugientem intercipit Austur,
Parthenopes ab equo decutit ipsa suo.
Omnia post hæc, quid mirum, si captus ab hoste
Carnificis ferro victima cæsa cadis?